

27. SHOPPING IN YORK

Narrator: familia Eboracum vadit.

Lepidina: Corinthe! veni Eboracum!

Narrator: sed Corinthus fessus est.

Lepidina: Candide! veni Eboracum!

Narrator: sed Candidus aegrotat.

Lepidina : eheu ! Pandora sola erit.

Narrator: subito, Corinthus nunc non fessus est. Corinthus ad plaustrum currit. nunc Candidus valet et quoque ad plaustrum currit. Corinthus et Candidus rident.

Corinthus
et Candidus : euge ! Pandora, veni nobiscum! laeti sumus quod tu Eboracum vadis.

Narrator: Pandora erubescit.
familia Eboracum advenit et e plastro descendit. Lepidina et Pandora agitatae sunt.

Lepidina
et Pandora : Eboracum optimum est.

Narrator: ad tabernas festinant. Rufus laetus non est.

Rufus : fatigatus sum.

Narrator: Rufus ollam spectat.

Lepidina : Rufe ! noli tangere !

Narrator: sed Rufus ollam frangit.

Rufus : eheu !

Lepidina: statim mecum veni !
(*irata*) :

Narrator: Rufus laetus non est. nunc Rufus pillulas spectat.

Pandora : Rufe ! noli tangere.

Narrator: sed Rufus pillulas tractit. subito Rufus linum frangit. pillulae ubique volvunt. Lepidina iterum irata est.

Lepidina : Rufe ! improbus es ! statim mecum veni !

Pandora : consilium optimum habeo. illam pilam specta !

Lepidina : Pandora, quam callida es ! consilium optimum est.

Narrator: Lepidina pilam emit. Rufus nunc laetissimus est quod pilam amat.

Rufus : mater, gratias tibi ago.

Corinthus
et Candidus : Pandora, quam callida es ! (susurrant) et quam pulchra !

Narrator: Pandora iterum erubescit.